





John Carter Brown
Library
Brown University

E#4

Vol 24



 NICOLAI 

POLL. MEDICINÆ PRO
fessoris, & Sacræ Cæsareæ Maie/
statis Phisici, De cura Morbi
Gallici per Lignum
Guaycanum,
Libellus.



M D XXXV.

- De modo præparationis ægroti ad curationem
per lignum. Cap. I.
De dietandis Alemanis, aliter quàm Indis, aut Hispani-
nis. Cap. II.
De obseruandis in tempore, quo summitur aqua li-
gni. Cap. III.
De cibis conuenientibus durate cura. Cap. IIII.
De potu conuenienti. Cap. V.
De modo soluendi ventrem ægri cum constipatus
fuerit. Cap. VI.
De præparatione decoctionis ligni Guaycani. C. VII.
De inæqualitate temporis curationis. Cap. VIII.
De assumptione ligni Guaycani secundum modum ex Hi-
spania allatum. Cap. vnicum.

AD REVEREN

DISSIMVM, AC ILLVSTRIS,
simum Principem, & Dominum Dominū
Mattheū, S. Romanę ecclesię Car-
dinalem Gurcen. ac Metropo-
litanum Ecclesię Saltem
Burgeñ. coadiutore
dignissimum.

PRAEFATIO NICOLAI POLL.
Medicinæ professoris, & sacre cęsa-
reæ Maiestatis Phisici,

R

Ecensiti fuere Excellentissimę ac
Illustrissimę Princeps in dietarū
descriptionum principis q̄ pluri-
mi ex Hispaniarum tū primariis
tum plebeis haud mediocris qdē
existimationis, q̄a nimirū ppter

eorum abominabilem deforma-
tionem quā incurrerant per dicti Gallici mōrbi ta-
bificam deturpationem ab omnibus fere pro deplo-
ratis habebatur, vbi in quibusdam nulla alia Medi-
cinarum, & si innumeris vtebatur aliquid efficere
potuerat in aliis vero desperationis causa nihil me-
dicinarū applicatū fuerat, quorū omnīū per Guay-
canum lignū; curatio quasi pro miraculo ab oibus
habita fuit, hæc enim vno quasi & eodem tempore
tria fere hominū millia ad bonā valetudinē reduce-
rat, qui post conualescentiā sibi ipsis renati videbā-
tur, nedū pristinæ innatęq; cōplexioni restituti quā
ob rem cū huiusmodi curationē scribere eāq; D. T.
tanq̄ meę in illā obseruantię certissimū testimoniū
mittere decreuerim ommissis oibus q̄ mihi supflua
videbatur quonā pacto septētrionalis corpora per

lignū Guaiacū curētur breuiter ptractabo ipsos tñ
 hispanos, vñ medicina hęc primū pfecta ē imitatus
 qui quidē nō ex cognitione causę morbi, sed ab ex-
 perientia eam sibi ex India delatā receperunt, quā
 nos similiter certā credētes cū Hispanorū regiones,
 corpora cōplexiones &c. ab his quę Indorū, & Ale-
 manorū, ac ipsorū etiā Hispanorū sunt differre cō-
 pertum sit, pro corporibus Alemanorū sanādis pro
 portione veluti quadā trāsumere pro ingenio nos-
 stro Deo auxiliante conabimur.

De pparatiōe egroti ad curationē p lignū. C. I.
IN primis igit qui ab hoc morbo exitioso liberari
 percipiuerint, et quātū vis male per ipsum detur
 pati fuerint, purgari debēt ab humoribus peccāti-
 bus, pmissis tñ (si opus fuerit) digestiuis appropria-
 tis iuxta Medici periti consiliū, q quidē Medicus in
 primis virtutis robur mēbrorū, pncipaliū opationē
 cōplexionis innatę ab acq̄sita distātiā, & ipsius hu-
 moris abūdātis, peccātiisq̄, qualitātē, bñ pēsitauerit
 quis ēt dixerō aliquos iueniri, q ad tātā, imo ad ex-
 tremā resolutionē reducti sunt, vt in eis nullus for-
 tassis humor purgari queat, nisi ille q p lignū Guay-
 canū educi solet, & talibus nō vñ cōpetere euacua-
 tio, certas p̄tereā ponere descriptiōes digerēdi pur-
 gādiq̄, quēlibet humorē, sup̄uacaneū existimo, tum
 quia egrotus vel puer, vel iuuenis aut senex, vir vel
 mulier est tñ q̄a regionis cōsuetudo, pprietas indiui-
 dua, &c. quę sapiēs medicus nouit modū diuertifi-
 cant digerēdi, purgādi, atq̄ dietādi. Insup̄ aduertē-
 dū ē, in quo ēt plurimi Medicorū cōueniunt dictū
 morbū fomētū suū h̄re a fleg. falso innaturali, necnō
 melācholico humore, quare nō incōgruum iudico,
 imo necessariū, huiusmodi humorū rationē habere
 vna cum aliis humoribus purgandis.

DE CVRA MORBI GALLICI.

De dietandis Alemanis, aliter q̄ Indis, aut
Hispanis. Cap. II.

Observare oportet volētē curari a p̄dicto morbo in custodiēda dieta supradictas cōditiones, vt sexū etatē, regionē, cōsuetudinē, & similia, aliter. n. dietandi in virtute debili, q̄ forti aliter in egritudine acuta, q̄ in cronica, aliter in assuetis vti cibo pauco, q̄ nō assuetis, aliter in adolescentia, q̄ in senectute, aliter in regionibus frigi, q̄ in cal. & aliis id genus, id q̄ sit, aut p̄pter corporū, aut p̄pter cōplexionū, aut p̄pter morborū diuersitatē. Indi. n. hñtes regiones calidissimas tenui diete & subtili, assueti suat tēpore sanitatis, & iō tenuissima dieta aliquñ in egritudinibus suis vtūtur, quāuis ēt nimis tenui respectu degētū in Europa, quēadmodū in eorū curationibus cōscriptis videri pōt. Has igit tenues dietas in corporibus Alemanorū non laudamus, tū p̄ operationes naturales, corporaq; robustiora, tū ēt p̄pter climata frigidiora, cōsuetudines p̄prietates, & similia. Verū exp̄iētia taliū, & q̄ sequūtur i corporib; Alemanorū verificabūt apud oēs honestos, & maxime doctos medicine professores, qbus vt veritatis amatoribus ea moderari, & buatenus illis cōscientia dictauerit, hāc nostrā lucubrationē augere vel minuere, liceat.

De obseruandis in tempore quo sumitur
aqua ligni. Cap. III.

Examinatis diligentī studio cōditionibus, quas omnino profundamēto, & regula, n̄ræ digressionis ab Hispanorū dieta statuimus, & aeger (vt supradictū ē) purgatus fuerit, aut nō purgatus, si minus idigerit, sequētī post purgationē die pars quarta cibi, & potus, quē in sanitate sūmere cōsueuerat subtrahat, tertiā die dimidiū, quarta die ptes

Non ē cō
ultū, vti
fimal
cētia ali
mēti, cū
positū
mū hui
cura con
sistat i vi
ctus mor
deratiōe,
& quarta
mus enī
virtutis,
cōserua
tionem.
quæ i nō
dica nu
tritiōe se
teste Ga
le. prim a
Aphoris.

Immo se tres aut plus minusue s̄m iudiciū astātis Medici nō
 quēti stas negligentis illā Hippocraticā monitionē, tenues, &
 tim a pur gatione certē dietē sunt fallaces &c. eadē quarta die aut se
 die, tunc quenti mane ante diē sūmere incipiat potum ligni
 enim vi, Guaycani, de quo infra, maneatq; in lecto cooptus
 scera mū & supdormiat, & cū sudare inceperit, cōfernet se in
 da sunt, sudore ab aere extraneo, & cū pano cal. lineo semp
 nec timē interim sudorē abstergat, patiatuq; illū, donec vir
 da est vir tutis re solutiōe, tres horas, deinde innouet linteamina, maneatq;
 cū qa die in lecto vsq; ad horā prādiū, aut si vult, surgat, ma
 ta, q̄ pul nendo tamē semp in stufa vulgo dicta aut in alio lo
 lus panis co tepido, potius q̄ cal. die noctuq; se custodiendo
 passulā, ab aere frig. aut ventoso, atq; calore superfluo, ne
 cōcedun siti nimia incēdat, hora. x. vel. xi. sūmat in prādiū,
 tur, satis parrē dūtaxat tertiā, aut quartā cibi, vt supra dictū
 est ad vir est, ita vt semper cū multa fame surgat a mēsa, sitq;
 tutis con in mēsa contentus vno ferculo, & rarissime duobus,
 seruatio nē, tū qa potius, n. cibi quātitas fugiēda ē in hac curatione, q̄
 decoctio qualitas, cæteris pibus. ¶ Neq; primis nouē diebus,
 ipsa vi ē aut. xii. aliqd dādū est de carnibus, nisi debilitas vir
 hēt cōfor tutis postulauerit, tunc enim detur caro, aut succus
 tandi, vt eius, vt Medico videbit, hora. v. vespere cēnet, sitq;
 clara exp cēna minor prādio, & cibus facilioris digestionis, a
 iētia do. cena ad. iiii. horas digesto cibo iterū sūmat potū di
 cet. cū ligni, quēadmodum mane fecit, & meminerit, q;
 Si tñ vir, vtrobiq; potus semp sūmat cal. deinde vadat in le
 tustolle, ctū, & dormiat, non tñ adeo coopiatur, vt sudet, ne
 ret cōten ctū, & sōnus impediatur, si vero sudor sua sponte fluxerit,
 t' sit pri patiat, qm̄ id forte a sagaci fit natura, mane reuer
 mis. ix. tat ad potū, & cętera omnia seruādo ordinē sudādi,
 dieb. ii. abstergēdi, p̄seruādi se ab aere, & cęteris oibus su
 v' qd. iiii. pradictis, & hoc reiteret singulis dieb' vsq; ad. viii.
 vnc. p̄ aīs vel. ix. vel. x. dies, vt videbit nō exeundo domū, neq;
 biscotti
 cū vnc. i.

DE CVRA MORBI CALLICI.

exponēdo se acri frig. aut calori nociuo, neq; iterim
 augēdus est cibus. Expletis vero supradictis diebus
 pluribus ēt, vel paucioribus pro modo viriū sequē
 tribus aliis. x. augeatur cibus parūper, deinde aliis. x.
 diebus vsq; ad. xxx. auctior ēt administret, & sic de
 incept vsq; in finem curationis, etiā si pluribus q̄
 xxx. vel. xl. diebus durauerit, quod cognosces ex ve
 hemētia, & malignitate morbi, si vero nō tādiu mor
 bus pdurauerit, vt fieri solet, cū recēs est, aut ægro
 rus nondū a morbo nimīū molestatur, tūc similiter
 dietim, & proportione seruata, velocius, tardiusue
 pro morbi vehemētia, & iuriū robore cibus erit au
 gendus, hoc itē obseruādū est de aere, ne ei subito se
 exponat frig. vel cal. nimium, sed paulatim vt dictū
 est de dieta, potū vero ligni sine intermissiōe sūmat
 vtq; in fine curationis, nisi cōstipatus fuerit, aut als
 purgari oportuerit, de quo infra dicemus. Post si
 nē primorū dierū aere existēte tēperate cal. atq; ge
 to, poterit aliqñ exire domū, & post parū temporis
 iterū redire aeri vero frig. aut vētoso, nequaq; p̄ to
 tum tēpus curationis se exponat, abstineat penitus
 interim a coitu, ēt ad duos vsq; mēses post perfectā
 curationē, quæratq; voluptates, & gaudia honesta
 fugiat iram, tristitiā, sollicitudinē, & similia vñ bonū
 erit apud se cōtinue aliquē hīe ex caris suis, vt puta
 liberos, affines, cognatos, muscos, & id genus alios
 vtaturq; per aliquot mēses bona, & cōueniēti dieta
 caueat semp a facietate nauseatiua, a potu vini sup
 fluo, a pisciū vsu, & rerū generantiū fleg. salsum, aut
 melan. vt sunt carnes antiq; salite, pisces, itidē saliti
 porcine carnes, & auīū degentiū in aquis, qm̄ ea ad
 recidiuā dilponūt, procurret ēt singulis diebus hīe
 beneficiū vētris, quod si natura fieri neq; fiat arte,
 vt inferius dicemus, interdū nequaq; dormiat, & iō

passulaz
 inpradio
 sero vero
 passulis si
 ne pane,
 aut cum
 modicu
 lo p̄is si
 vero d̄bi
 litas affu
 erit, edat
 inpradio
 paruulū
 pullum.

imo nec
 a potu p̄
 xv. dies
 cū enim
 toti cor
 poris po
 ri sint ap
 ti quacu
 q; leui cā
 pōt cons
 tingere
 leio.

conādum est semper habere sodales apud se, quem
 admodum Alemanni faciunt tempore fiebot homie.
 De cibis cōueniētibus durāte curatiōe. Cap. III.
 Non ap- **R** Estat vt cibos, & potus, enumerē, quibus nutriē
 probātur nisi pulli **R** di sunt per tēpus curationis, sunt igitur cōue
 nisi pulli **R** niētes carnes aīaliū oīs speciei aptæ humano
 paruuli, absq; alic **R** esui, itē volatiliū, pter degentiū in ags, vt sunt pulli,
 quocūq; capones, gallinæ iuuenes & similia, quæ omnia vel
 ferculo, assa, vel elissa, pparari possunt, habita tñ rōne adpe
 nisi mo- titus patiētis. Itē oua tremula, aut ex cortice sorbi
 dicū bo- lia: vuc passē: pruna passa: auenata: ordeata: cicho
 ragis bul- rium: spinachia: betē: caules romanę, similiter rapē:
 litæ cum- si conuenire possunt: si vero ex aliquibus p̄dictis ci-
 pulo. bis fastidiū: aut nauſea: subsequatur: corrigantur cū
 Summe collēte fastidium: sicut in carnibus cū succis malorū
 cauēda granatorū: muz orū: arātiorū: succo acetosę: & simi-
 sunt ace- libus. ¶ Et pro plebeis est acetum bene saporosum:
 rosa tpe curæ, qd hec enim prohibere solent putrefactionē cibi in sto
 ledunt el macho: & maxime si ex carnibus fuerit: alios cibos
 sa, & ner- quoscūq; p̄dictis oppositos durante ligni potione
 uos, nec ommittāt: nisi indiuidua proprietas: aut aliqua su
 opus est pradietarū cōditionū: aliud exposceret: vt si fuerit
 alto phi- mulier p̄gnās: id qd iudicio Medici astātis reliquo.
 bēte pu- De potu conuenienti. Cap. V.
 tr. factio- **P** Otus ipsorū per tēpus curationis ē multiplex:
 nē q̄ aqua primū: sūmatur lignū quod remāsit post deco
 ligni. ctionē: & colationē primā: & supponātur lib.

xii. aquæ simplicis: & bulliāt ad consumptionē me
 dietatis: mox coletur: & colatū referi uel in potū cū
 aliis cibis sūmendū aut inter eos: si adsit necessitas
 bibendi, hic potus est principalis: & omnis obser
 uādus durāte curatione s̄m quosdā: quę similiter cō
 mendo: si aliud quodpiā non impeduerit: quare &
 alios supaddidi potus pp Alemanorū diuersitatē:

DE CVRA MORBI GALLICI.

scds, bulliat in aqua simplici anisum: aut marathru:
 cu modico cinamomi: tertius bulliat mastix: & pa-
 rum galagae: similiter in aqua simplici: quartus & e-
 potus: qui tm debilioribus: aut asuetis: conceditur:
 bibat vinu claru: albu: odoriferu: limphatu cu aqua
 simplici: hic potus potest cōcedi post. x. aut. xii. dies
 durate et sumptione aquae ligoi vsq; in fine. ¶ Quin-
 tus bibat aqua simplice: electa: & nulla mala quali-
 tate infecta: in qua remolita sit mica panis: & illa
 concedimus istis: qui sentiunt rugitu: & longā ciboru
 veluti fluctuatione: in stomacho ppter vsum aqua
 rum decoctaru: sicut per experientia nouimus: quod
 in eis ideo contingit: quia cum bonae aquae decoquū-
 tur: redduntur aptiores corruptioni: quod nō eue-
 nit aquis malis: vt cotidie experiuntur: qui pparant
 ceruicias: qm aquae malae per decoctione fiunt me-
 liores: & hoc innuit Auic. tertia primi in cap. de re-
 gimine aquae: & vini: sic inquit: & aquae quidem
 electionem iam demonstrauimus, & similiter emen-
 dationem eius: ex ea quae mala est: vbi expresse in-
 sinuat: tm maloru aquaru esse emendationem: non
 electarum: similiter in scda primi cap. de dispositio-
 nibus aquarum: vbi tm aquas malas docet rectifica-
 re: & nullibi bonas per totum cap. Haec autem hac
 tm de causa adduximus: qa quida ex modernis sibi
 persuadent omnē aqua crudā esse: & per consequēs
 decoquendā quasi omnes aquae indigeant rectifica-
 tione: aut muratione: cum tm cruditas nō nisi ve-
 getatis insit: e: quibus vni me est aqua: cum sit ele-
 mentu simplex non nuticiens: sed tm nutrimentu pe-
 netrare faciens: & substātiā eius rectificās: quoad
 modum ponit Auic. scda primi cap. nunc allegato.

Illud tñ
 venenū
 fugiendū
 est, ne aq
 simplex
 potet, qa
 pori sunt
 apti, & fri-
 gus tā ac-
 tuale, q
 potēiale
 ad icura,
 bilē toti
 corpis la-
 psu per
 ducere
 possit.

De modo soluendi ventrem aegri cum consti-
 patus fuerit. Cap. VI.

CAeterum sumptio dictæ aquæ solet quæ plurimè inducere stipticitatē ventris puta in. viii. vel. x. diebus: aut etiā in. xv. & tunc ventris solutio hoc modo procurāda est. Ommittat patiens bibere vno vel duobus diebus: & loco aquæ: sua quæ hora: sūmat puluerem dicti ligni Guaycani pparati hoc modo: accipiatur Guaycanū: & teratur bene: quousque in puluerem redigatur qui excribretur subtiliter, atque ex hoc puluere capiat æger in aurora pōdus vnus ducati cum dimidio: & dissoluat modica aqua decoctiōis anisi: bibatque cal. deinde motescat: non dormiendo: neque sudādo iu loco temperate cal. & tardetur cibus ad. v. vel. vi. horas sūmat et dictum puluerem: si opus fuerit tertia die: nā omnino purgabit: ego in corporibus Alemanorū darē pon. lus duorū ducatorū habita ratione cōditionū supradictarum: puta virtutis: cōsuetudinis: regio. nis: &c. & in sūmēdo hunc puluerē nullā dicunt esse difficultatē: neque pericula. Si vero acciderit aliquē ægrū hoc modo non posse laxari: recurrendum erit ad enemata: & medicinas lenitiuas: aut etiā euacuativas humorū sūm consilium Medici astātis. His demum peractis redeundum est ad potionē ligni, sudores: &c. si necessarium fuerit: & hoc faciat vsque ad perfectā curationem quæ si prolōgata fuerit: & iterum constipatus est: post certos dies purgādus: aut leniendus: erit iterum: modo & ordine supradictis tempore tamen purgationis nequaquam imutet dietā.

De præparatione decoctionis ligni
Guaycani. Cap. VII.

Nunc ad præparationem decoctionis veniendum est: accipiat igitur in nomine Iesu saluatoris nostri ligni Guaycani: quod sanctum plurimi Hispanorum cognomināt: nigre aut croceæ

In paucis
aliquid opa
tur huius
modi pul
uis, & in
consulti
e, vti sup
positori
is, & leui
bus cliste
ribus, &
oio iterū
purgari
oportet
postquæ per
xv. dies
potū sū
perit, &
iterū post
finē pot
iuxta iu
dicium
Medici
astantis.

DE CVRA MORBI GALLICI.

tincti lib. i. & cōminuatur in frustula minima, quātū
 possibile fuerit, & in vase mūdo posito superinfun-
 datur aque simplicis, & electe lib. xii. & bulliant le-
 cito igne, quousq; consumpta fuerit medietas, ita. n.
 sufficit pro mediocriter infectis, pro multum vero
 infectis bulliat ad consumptionē duarū partiū, aut
 plus etiam, si extreme infectus fuerit, nē quāto plus
 in decoctione consumitur, tante fortior operatio
 est, seruata igiŕ mediocritate decoquendi, vt supra
 dictū est, & colata aqua, reuanebunt. xii. doses pro
 sex diebus cōtinuis, cū dosis eius decoctionis sit lib.
 media, vnde oportet singulis sex diebus nouā deco-
 ctionem fieri, & procedere modo, & ordine p̄dictis,
 iterū vero dum decoquitur, spuma quę supernatat,
 colligatur, & in vase mundo seruetur exsiccaturq;
 nam in puluerē redacta, & vlcerebus, quæ in morbo
 Gallico fieri solent, superposita est mirabilis, in cō-
 solidandis illis, lignū autē, qđ post colaturā, aut ex-
 pressionē remanserit, seruetur, nā cum penuria ligni
 fuerit, tūc lib. vñę talis ligni addatur lib. media ligni
 recentis, & fiat decoctio cū tanta quantitate aquæ
 quātā prius diximus coquēdo ea quousq; medietas
 aquæ sit consumpta, deinde sūmatur decoctio, quē ad
 modū superior, quæ pro rei necessitate idem quasi
 operabitur. Est p̄terea alius modus p̄parationis di-
 cti ligni per modū siruppi, quo similit̄ efficaciam, quā
 decoctio habet, plurimi Hispanorū experti sunt, cu-
 ius p̄paratio talis est, sūmatur ex Guaycani ligni
 redacti in frustula minutissima, vt supra lib. i. & sup
 fundatur aquæ simplicis electe lib. vi. & bulliat ad
 cōsumptionē duarū partiū, postea coletur cum ex-
 pressionē, deinde accipiatur mellis boni lib. i. aquæ
 fontis, siue simplicis lib. vna cum dimidia & coquā-
 tur simul, & semper despumetur, quousq; aqua cua-

Limafo-
 let atteri.

porata fuerit, hoc mel deinceps ita despumatum ponatur simul cum decoctione iam seruata bene mouendo simul cum spatula lignea, quousque veniat ad uodum sirupi cuius erunt sumende. ʒ. iiii. vel. v. in mane, & totidem in nocte post horas quatuor a cena, & operabitur idem quod decoctio supradicta, operatur autem magis per urinam & egestionem, quam per sudorem, si vero quis voluerit, ut per sudorem magis operetur, accipiat de sirupo. ʒ. ii. vel. vii. secundum egroti virtutem, ut Hispani dicunt se esse exptos.

De inæqualitate temporis curationis. Cap. VIII.

Tempus curationis morbi Gallici per Guaycanum valde inæquale, & diuersum est, nam ut experti referunt ex India venientes, Indi plebei multum etiam infecti in. x. diebus plus vno die, aut minus, curam perficiunt seruantes dietam tenuissimam, nobiliores vero, & reguli, curam perficiunt in vna lunatione seruantes etiam tenuem dietam, licentiores tamen plebea, Hispani autem curantur aliquando. xv. diebus, aliquando. xx. aliquando. xxx. aliquando. xl. pauci tamen prolongant curam ad lx. dies, causam huius inæqualitatis non iudico esse aliam, nisi vel fortitudinem morbi, vel debilitatem virtutis membrorum principalium non potentis tam facile actuare medicinam ligni, aut simile quid, puta iram, aut tristitiam, quam profecto extreme perniciosa in huiusmodi morbo homini esse experientia ipsa rerum magistra comprobauit, unde concludendum erit eousque ministrandam esse medicinam quousque eger viderit se sanum euasisse, sunt enim multa Alemanorum corpora adeo per argentum viuum, siue aliud malum regimen, destructa, ut illa parum, aut nihil in eis operari possit, quare meo iudicio, et non sine fructu ægri, medico astanti, & fideli, rem

DE CVRA MORBI GALLICI.

omnem puto esse cōmittendam. ¶ Habet igitur Serenissime Princeps Reuerēdissima. D. T. regimen curationis morbi Gallici ex multiplici Hispanorū experto regimine in vnū redactum, atq; eo modo immutatum, quo mea snia veteres Medicos imitādo iudicabam Alem. prodesse, atq; toti fere Euro pē in quo quāuis stillus ipse scaber sit, & tanto Principe minime dignus humanitas tamen & sapientia eiusdem clementis, ac pientissimi Principis excusabunt illum, atq; defendent, quē Deus omnipotens tueatur, ac valere iubeat, in eo quī omnium valor, reparatorq; existit, cui quoq; me meaq; omnia sub do, atq; cōmendo. xix. Decembris. M. D. XVII.

Finis Libelli de Morbo Gallico. Nicolai
Poll. Medicinæ professoris.

NICOLAI POLL.

De assumptione ligni Guaycani fm modū ex
Hispania allatum. Cap. vnicum.

Accipe lignum Guaycanum, atq; illud ita rade
vt ex eius minutissimis rasuris impleatur cya-
thi duo, quas deinceps rasuras pone in olla
noua cum. xv. cyathis aquæ, & fac vt bulliant quo-
usq; consumentur tres aquæ partem reliquum vero
postquā fuerit refrigeratum, coletur, & ex hoc bibe
vnum cyathum mane, alium in meridie, & alium in
nocte, & caue a frigore, ac ab aere, nec egredere le-
ctum præterea ægotans tenui dieta debet vti nec
aliud comedere, q̄ panem biscoctum, pruna passa,
vel vuas passas, nec bibere vinum, nec aquam, q̄ si
a siti vexaretur parum decoctionis supradictæ, quæ
propter malum saporem, quem habet auferet vo-
luntatē bibendi, itaq; paties' vtaf hoc regimine per
viii. vel. ix. dies post quos per. vi. vel. vii. dies sequē-
tes poterit comedere vitellum aliquem oui coctū
in aqua cū pauco sale, postea vero per. xx. aut. xxv.
dies succedentes comedat in prandio, & cena, quæ
tempestiua sint, pullos paruos, sicq; agendo vlcera
etiam ad ipsa ossa profunda consolidabuntur & do-
lores tollentur, post sumptam autem aquam ligni
caueat a frigore, & a comestione rerum acrium, &
ciborum malorum, & in primis a coitu, nec bibat vi-
num aut aquam pura, sed vinum bene limphatum,
& cum hoc regimine bibendo dictam aquam, etiā
si per decennium vexatus fuisset patiens a morbo
Gallico, & haberet vlcera profundissima, euadet,
si forte autem vlcera non consolidetur per totum
tempus, quo sūmitur aqua non est timendum, quia
ita etiam post tempus sumptionis operatur virtu-
te sua, vt vlcera omnia consolidet. Sed notandum
est, huiusmodi decoctionem esse faciendam singu-

DE CVRA MORBI GALLICI.

his duobus vel tribus diebus, quia melius est, vt recens bibatur, purgat enim per secessum, vomitum, urinam, & sudorem, vt in Hispania expertū est.

Modus faciendi ceruosiam fm Germanos.

Illustrissimus Carporum Princeps, D. Albertus Pius, dum Serenissimi Maximiliani apud Pontificem maximū orator esset, retulit mihi modū hunc seruari apud Germanos in facienda ceruosia accipiunt ordeum, quem infundūt in aqua, quousq; veniat ad crepaturam, postea exsiccant, deinde cōterunt in molendino, ex quo ordeo accipiunt partem vnā, partes tres, & mediam aquæ, & simul faciunt bullire vsq; ad consumptionem tertiæ partis, postea accipiunt mediā partē aquę decoctę, cui imponunt .xl. partem lupulorū, & vnā partē ordei, & hæc bulliūt. iiii. aut. iiii. horis, deinde accipiūt aliā medietatē aquę decoctę, quem colant per ordeū dictū, postea comiscant vtrāq; medietatē aquę, & faciūt bullire ad consumptionē medietatis, & imponunt in vase ligneo magno, in quo iā sit decoctio tota, & in eo mittunt parum fermenti.

FINIS.

12451-1

Davis & Archer

Nov. 4, 1919

Yield
P.F.B

12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1



XIX

128

H535
L695d

399 **Liber de Morbo Gallico**, in quo diversi
celeberrimi in tali materia scribentis,
medicine continentur auctores videlicet,
N. Leonicensus, Ulrichus de Hutten, Petrus
Andreas Mattheolo, Laurentius Phrisius-
Joannis Almenas Hispanus, Angelo Bolog-
ninus, £4 4s Venice, J. Patevinus and
V. de Ruffinellis, 1553

svo. Vellum. According to Proksch (Litt.
uber d. Vener. Krank 1) this is the second col-
lected edition of tracts on Syphilis published at
Venice. Extremely rare.

